1. Alienis malis delectari inhumanum est. 2. Melior est certa pax, quam sperata victoria. 3. Res familiaris conservari debet diligentia et parsimonia. 4. Simulata amicitia non diu

manet. 5. Servi a Spartaco, homine audacissimo, sollicitati bellum contra Romanos parabant. 6. Mercator quidam interrogatus, quomodo sibi paravisset divitias: Magnas, inquit, facile paravi, exiguas vero cum labore et tarde.

1. Бути ганенимъ вѣдъ лихого чоловѣка для нѣкого не есть гидко. 2. Сократа, засудженого вѣдъ судіѣвъ, просили приятель, щобы спасавъ жите утечею. 3. Мило есть бути хваленымъ и любленимъ вѣдъ добрыхъ людій. 4. Въ здобутѣмъ таборѣ бувъ великій достатокъ золота и сѣбла. 5. Курія збудована вѣдъ Туля Гостілія була найславнѣйша. 6. Змѣна краю не змѣняе успособленя.

Конъюгація друга.

Рѣдъ дѣяльный.

Indicativus.

57.

Praesens, imperfectum, futurum.

1. Frondem in silvis non vides. 2. Romanis omnes terrae et omnia maria patebant. 3. Nominem avarum nec preces nec lacrimae movebunt. 4. Antiquissimis temporibus arborum fructus hominibus alimenta praebebant. 5. Si unam habebimus virtutem, omnes habebimus virtutes. 6. Homo doctus in se semper divitias habet. 7. Parsimonia et diligentia rem familiarem maxime augebis. 8. Athenienses omnium suorum civium potentiam timebant. 9. Maximam laudem merebitis, milites, si fortitudine vestra hostes ab urbe nostra prohibebitis. 10. Orpheus cantu suo saxa silvasque movebat. 11. Pueri Lacedaemoniorum corpora duris laboribus exercebant. 12. Unus lupus non timet multas oves.

1. Чесный а мудрый чоловѣкъ нѣколи не буде бояти ся смерти. 2. Жовнѣрѣ хоробро здержували ворогѣвъ вѣдъ мурѣвъ мѣста. 3. Чоловѣкъ брехливый не подобаеъ нѣкому. 4. Деревя, котрї на веснѣ цвѣтуть, въ осени дадутъ намъ овочѣ. 5. Полководець упоминавъ передъ борбою жовнѣрѣвъ, щобы хоробро бороли ся. 6. Оружіе завѣгды буде много значити.

7. Рада Темістокля не подобалась многимъ державамъ.
8. Не будемо здорові, если не будемо заховувати мѣры въ їдѣ и питю.

58.

Perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum.

1. Multis civitatibus vitia civium plus nocuerunt quam bella. 2. Omnes Macedoniae urbes, quas rex Philippus tenuerat, Romani occupaverunt. 3. Arborea autumnis fructus nobis praebent, si vere floruerint. 4. Horatius Cocles hostium impetum sustinuit solus. 5. Quos olim inermes timueratis, hos postea armatos superavistis. 6. Nunquam felices eritis, nisi modum in omnibus rebus adhibueritis. 7. Anacharsis interrogatus, quid esset in homine pessimum et quid optimum, respondit: Lingua. 8. Scipio spem civium, quam de eo habuerant, incredibili virtute superavit. 9. Mors eum non terret, qui semper legibus divinis paruit. 10. Ab omnibus laudabitur is, qui dulce cum utili miscuerit. 11. Graeci legatos Persarum, qui terram et aquam postulaverant, deriserunt. 12. Philippus Olynthum, urbem antiquam et nobilem, funditus delevit.

1. Римляне зруйнували Картагину и Коринтъ, дуже славної мѣста. 2. Вождь давъ великі нагороди тымъ вѣдливимъ жовнѣрамъ, котрыхъ анѣ брамы анѣ мурѣ неприятелѣвъ не здержали. 3. Собѣ будете шкодити, если памяти своєї не выобразуете. 4. Цинцинатъ, котрый передше власными руками оравъ рѣлю, займавъ зъ найбѣльшою почетомъ диктатуру. 5. Вы сподобали ся намъ, тому що заслужили-сьте ся коло добра вѣтчины. 6. Будете щасливі, коли повдержите свои пристрасти. 7. За часѣвъ Перікля штуки и науки въ Греції найбѣльше цвили. 8. Темістокль задержавъ бувъ въ памяти имена всѣхъ горожанъ.

59.

Coniunctivus.

1. Conscientia nos monet, ut legibus pareamus. 2. Tanta fuit fortitudo Achillis, ut vox eius Troianos terreret. 3. Nullum belli genus est, in quo Pompeium non exercuerit fortuna rei publicae. 4. Multos Macedonia Alexandros habuisset, nisi fortuna eos in perniciem mutuam armavisset. 5. Oculos habemus,

ut quae circa nos sunt videamus. 6. Cato Romanis suasit, ut Carthaginem delerent. 7. Tam prospera erat Attici valetudo, ut per annos triginta medicinae non indiguerit. 8. Si tacuisses, philosophus mansisses. 9. Memoriam exerceamus. 10. Nemo tam humilis erat ut ei aditus ad Miltiadem non pateret.

1. Если бы люди повздерживали свои похоти, были бы щасливѣйшіи. 2. Що виненъ-есть родичамъ, самъ знаешь найлѣпше. 3. Хтожь не знае, якъ сумный конецъ житя мали многіи славыи мужь. 4. Були бы-сьте намъ сподобали ся, якъ бы вась была поручала честию и пыльнѣсть. 5. Заховуймо у всѣмъ мѣру и будьмо послушніи законамъ. 6. Цезарь упоминавъ жовиѣрѣвъ передъ борбою, щобы не бояли ся Галійцѣвъ. 7. Якъ бы вы были слухали нашихъ радъ, были бы-сьте уникнули нещастя. 8. Бажавъ-есть, щобымъ тя бачивъ въ Италиі.

60.

Imperativus, infinitivus, participium, gerundium.

1. Saepe tacens vocem verbaque vultus habet. 2. Miseris solacium parvum est socios malorum habere. 3. Fulgentes gladios hostium videbant Decii. 4. Magistratus malum civem coërceto. 5. Principibus placuisse viris non ultima laus est. 6. Ars tacendi difficilis est. 7. Iusta magistratum imperia sunt iisque cives modeste parento. 8. Secreto amicos admone, palam lauda. 9. Vae tibi ridenti, quia mox post gaudia flebis.

1. Тяжко естъ всѣмъ подобати ся. 2. Вправляйте що-день память, ученики. 3. Видъ дерева, цвѣтучого на веснѣ, бавить нашіи очи. 4. Подобати ся добрымъ, не подобати ся лихимъ естъ дуже великою честию. 5. Мовчанемъ рѣдко собѣ зашкодишь. 6. У всѣхъ рѣчахъ заховуйте мѣру. 7. Сумно естъ не мати приятелѣвъ. 8. Ученики най будутъ послушніи учителямъ.

Родъ страдальный.

Indicativus.

61.

Praesens, imperfectum, futurum.

1. Aliorum damno docemur. 2. A tectis Germanorum hospites nunquam arcebantur. 3. Qui precibus et lacrimis non

movetur, minis non movebitur. 4. Marcus Cicero diligentissime in philosophia a magistro exercebatur. 5. Columbae etiam parvo strepitu terrentur. 6. Si vir es probus, nulla re a virtute deterreberis. 7. Cladibus hostium augebatur animus Romanorum. 8. Dulcia et amara semper miscentur. 9. Memoria illius diei, quo ingens Persarum exercitus in campo Marathonio a decem milibus Graecorum superatus est, nunquam delebitur.

1. Слонь и левъ перестрашуютъ ся огнемъ. 2. Справедливо зворушались вы нуждою невинныхъ союзникѡвъ (pass.). 3. Не все буде тебе учить той самъ учитель (pass.), котрый ты теперь учить (pass.) 4. Нѣчимъ не дамо ся вѡдстрашити вѡдъ нашихъ обовязкѡвъ. 5. Сыны старинныхъ Грекѡвъ вправляли ся въ рѡжныхъ штукахъ. 6. Злыхъ горожанъ завесѣгды будутъ повдержувати строгѣ кары (pass.).

62.

Perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum.

1. Adventu hostium milites Romani magnopere territi sunt. 2. Laudabamus semper fidem illam ac diligentiam, quae in amicorum periculis totiens a vobis adhibita erat. 3. Carthago et Numantia a Scipione Minore deletae sunt. 4. Ei summum imperium habebunt, a quibus omnes cupiditates coërcitae erunt. 5. Stulti aliena calamitate nunquam moniti sunt. 6. Marcus Agrippa a Caesare Octaviano navali corona donatus est, qui honos nemini ante eum habitus erat. 7. Cum admoniti eritis, ut malorum puerorum consuetudinem vitetis, paretote. 8. Multi homines mali metu poenarum a sceleribus deterriti sunt.

1. Въ роцѣ 480. передъ Хр. Ксерксесъ, король Перзѡвъ збуривъ Алены (pass.). 2. Будете щасливѣ, якъ всѣ похоти повдержите. 3. Хочъ тебе учили найлѣпшѣй учитель (pass.), однакъ письмами ты не прославивъ своего имени. 4. Дуже мила есть намъ память тыхъ мѣсць, въ котрыхъ насъ учено. 5. Будете здоровѣ, если у всѣхъ рѣчахъ заховувати-мете мѣру (pass.). 6. Темістокль, котрый побѡльшивъ флоту Атенцѣвъ (pass.), спонукавъ Перзѡвъ пѡдступомъ до битвы.

63.

Coniunctivus.

1. Leges breves sunt, ut facile etiam ab imperitis teneantur. 2. Alexander, rex Macedonum, milites admonuit, ne mul-

titudine Persarum terrerentur. 3. Cui vestrum notum est, quo anno Carthago deleta sit a Scipione? 4. Persae totam Graeciam expugnassent, nisi Themistoclis consilio coërciti essent. 5. Modus adhibeatur in voluptatibus. 6. Precibus miserorum non commoveremur, nisi ipsi miseri fuisset. 7. Incredible est, quantopere Ciceronis pro Ligario oratione Caesar commotus sit. 8. Si equites nostri primum impetum hostium sustinuissent, pedites adventu illorum non essent terri.

1. Ваша память была бы дѣвша, если бы-сѣте еѣ що-день вправляли (pass.) 2. Похоти нехай повздержують ся розумомъ. 3. Пожежа була такъ велика, що цѣле мѣсто знищило ся. 4. Римляне не були бы побѣдили Ганібала, коли-бъ Картагінцѣ были побѣлиши еѣ вѣско (pass.). 5. Такъ велика була краснорѣчивѣсть Цицерона, що навѣтъ дуже твердосерднѣ слухачѣ часто зворушались. 6. Голубы суть такъ боязливѣ, що перестрашуютъ ся найменшимъ шелестомъ.

64.

Infinitivus, participium.

1. Et monere et moneri proprium est verae amicitiae. 2. Apud Athenienses viris de re publica bene meritis victus publice praebebatur. 3. In pueritia coërcitum esse adulescenti utile est. 4. Auxilium praebitum non semper hominibus placet. 5. Precibus miserorum moveri laudabile est. 6. Helvetii auctoritate Orgetorigis permoti eas res, quae ad profectorem erant necessariae, brevi tempore comparaverunt. 7. Victoria augeri solet animus militum.

1. Глупѣ звиклѣ бути высмѣванѣ. 2. Вождѣ ганить жовнѣрѣвъ, перестрашенихѣ приходомѣ неприятѣвъ. 3. Сынѣ, упомнениы вѣдѣ вѣтця, уникавъ товариства злыхѣ людѣй. 4. Молодцѣ повиннѣ вправляти ся у вѣлякихѣ штукахѣ. 5. Коріолянѣ, зворушениы слѣзами матери, не воювавѣ зѣ Римлянами.

Юнъюгація третя.

Рѣдъ дѣяльнѣй.

Indicativus.

65.

Praesens, imperfectum, futurum.

1. Ex ungue leonem, e fructu arborem cognoscimus. 2. Ex ore Nestoris melle dulcior fluebat oratio. 3. Semper dicam, quod verum est, sed non dicam omnia omnibus. 4. In eis linguis, quas non intellegimus, surdis similes sumus. 5. Scythae uxores liberosque secum vehebant. 6. Imperator exercitum in fines hostium ducet. 7. Molestias vitae spes minuit. 8. Dionysius, tyrannus Syracusarum, semper insidias metuebat. 9. Iracundiam si vincemus, hostem superabimus maximum. 10. Qui carmina Homeri legent, valde delectabuntur. 11. Milites castra fortiter armis defendebant. 12. Vitam saepius regit fortuna quam sapientia.

1. Пильностію и працею поборете веѣ трудности. 2. Люде чеснѣ боять ся Бога. 3. Если будешь боронити приятелѣвъ, приятелѣ будутъ тебе боронити. 4. Поважаю тебе, тому що ты завсѣгды высказувавѣ отверто свою гадку. 5. Письма Ксенофонта будемо пильно читати. 6. Хлопцѣ римскѣ учили ся законѣвъ дванацяти таблицѣ. 7. Вѣдѣ року 510. до року 32. управляли конзулѣ державою римскою. 8. Королѣ римскѣ выбирали до сенату вайзнаменитшихъ горожанѣ.

66.

Perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum.

1. Alexandrum, tot regum et populorum victorem, iracundia vicit. 2. Caesar illas legiones, quas in Gallia conscripserat, ad exercitum misit. 3. Divites eritis, si divitias contempseritis. 4. Xerxes, rex Persarum, parvum Graecorum exercitum contempsit. 5. Aeschines orationem illam Rhodiis legit, quam contra Demosthenem dixerat. 6. Aliis cum beneficia tribueris, sile. 7. Imperator Nero nullam vestem bis induit. 8. Camillus, quia inique praedam diviserat, exsilio multatus est. 9. Stultissimus omnium est, qui flevit, quod ante annos mille non vixerat.

10. Gaius Caesar Valerium Procillum, egregium iuvenem, cuius pater civitate donatus erat, ad Ariovistum misit.

1. Велике число неприятелѣвъ зменшило надѣю побѣды, котру плекали жовиѣрѣ. 2. Захочай память на добродѣйства (gen.), котрѣ высвѣдчать тобѣ другѣ. 3. Книжки, котрѣ ты намъ приславъ, прочитали-сьмо пильно. 4. Нѣколи не будешь убогимъ, якъ погордишь богатствомъ. 5. Тацитъ написавъ книжку о обычаяхъ Германѣвъ. 6. Салюстій описавъ вѣйну, котру нарѣдъ римскій провадивъ зъ Югуртою, королемъ Нумидѣвъ. 7. Хтожь живъ коли безъ горя, безъ журбы, безъ небезпеченьствъ? 8. Мардонія, вожда Перзѣвъ, присилували Греки пѣдъ Плятеями до утечи зъ 200.000 пѣхотинцѣвъ, котрыхъ самъ окремо выбравъ.

67.

Coniunctivus.

1. Ignoscas aliis multa, nihil tibi. 2. Consul edixit, ut milites proelium committerent. 3. Britanniam qui homines initio coluerint, non est notum. 4. Nomen Thucydidis vix exstaret, nisi scripsisset historiam. 5. Nullus dolor est tam magnus, ut eum longinquitas temporis non minuatur. 6. Democritus philosophus interrogatus, in qua re consisteret nobilitas, respondit: Pecudum nobilitas in valido corpore consistit, hominum in bonitate morum. 7. Ea fuit Mithridatis magnitudo, ut omnes reges maiestate superaverit bellaque cum Romanis per XLVI annos gesserit. 8. Magna esset multorum virorum gloria, nisi perdidissent illam exitu vitae.

1. Оденъ зъ Картагинцѣвъ сказавъ: Якъ-бы Ганібаль живъ, мали бы-сьмо вже вѣйну зъ Римлянами. 2. Ведемо вѣйны, щобы-сьмо въ супокою жили безъ кривды. 3. Знаете, якъ дуже мы цѣнили и поважали мужа мудрого и справедливого. 4. Имена многихъ мужѣвъ не були бы звѣснѣ, если бы не були написали книжокъ. 5. Боронѣмъ хоробро вѣтчину. 6. Філософія поучила мене, щобы-мъ пѣзнававъ себе самого. 7. Звѣсно вамъ, що говоривъ Цицеронъ въ сенатѣ. 8. Упоминаємо молодцѣвъ, щобы почитали старцѣвъ.

68.

Imperativus, infinitivus, participium, gerundium.

1. Apollo, cum „nosce te“ dicit, hoc dicit: Nosce animum tuum. 2. Scutum in proelio reliquisse apud Lacedaemonios tur-

pissimum erat. 3. Homines magis defendenti quam accusanti favent. 4. Ars bene vivendi difficillima est. 5. Educ tecum, Catilina, omnes tuos, purga urbem. 6. Ignoscito saepe alteri, nunquam tibi. 7. Mendaci homini ne verum quidem dicenti fidem habemus. 8. Cuidam dicenti: Maximus est hostium numerus, Laco respondit: Eo maior erit gloria nostra. 9. Virtutem omnes colunt. 10. Nihil agendo homines male agere discunt.

1. Погорджай богацтвами, почитай чесноту. 2. Я звикъ що-день або читати, або писати. 3. Горожанинъ нехай боронить добра державы. 4. Тяжше есть себе самого побѣдити, нѣжъ неприятеля. 5. Чоловѣкови, котрый ничь не дѣлае (ничь не дѣлаючому), день есть довгий. 6. Жаденъ вѣкъ не есть пѣзний до науки (ученя ся). 7. Лѣпше есть замовкнути, нѣжъ нерозумно промовити. 8. Скажи, чому не читаешь пожиточныхъ книжокъ.

Рѣдъ страдальный.

Indicativus.

69.

Praesens, imperfectum, futurum.

1. Dei arbitrio terra mariaque reguntur. 2. Apud veteres Germanos albi equi in sacris nemoribus aiebantur. 3. Contumeliis stultorum sapientes nunquam offenduntur. 4. Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. 5. Ab antiquis perniciosus etiam rebus nomen deorum tribuebatur. 6. Gracius ex ipso fonte bibitur aqua. 7. Avaritia neque copia neque inopia imminuetur. 8. Alcibiades non minus timebatur a civibus, quam diligebatur. 9. Nunquam exstinguetur memoria eorum, qui libertatem patriae defenderint. 10. Vincuntur molli pectora dura prece.

1. Нумантію, славне мѣсто Испаніѣ, боронено довго противъ великаго вѣйска римскаго. 2. Если будете несправедливѣ, всѣ добріи гордувати-мутъ вами (pass.). 3. Примѣрами даемо ся всѣ потягати. 4. Мінерву почитано особливо въ Атицѣ, де штуки и науки наибѣльше цвили. 5. Нѣколи не будутъ тыхъ поважати, котріи нѣкого не поважають. 6. Книжки, котріи

Плѣтонъ написавъ, завсѣгды читають учені (pass.). 7. Кого люде боять ся, того найчастѣйше не люблять (pass.).

70.

Perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum.

1. Thrasybulus a triginta tyrannis contemptus est. 2. Themistocles, cuius dolo Persae victi erant, a civibus suis absens accusatus et damnatus est. 3. Contemneris ab omnibus hominibus piis, si ius divinum a te laesum erit. 4. Nusquam tanti honores senectuti tributi sunt, quanti apud Lacedaemonios. 5. Eumenes, dux Alexandri Magni, non firmas copias habuit, quod non multo ante contractae erant. 6. Si in prima acie positi eritis, milites, in vobis spes victoriae erit. 7. A Thebanis praesidium Lacedaemoniorum ex arce pulsum est. 8. Daci, quotiens Danuvii ripae gelu iunctae erant, finitimas imperii Romani terras vastabant. 9. Carpite florem, qui nisi carptus erit, ipse cadet.

1. Атенцѣвъ и ихъ союзникѣвъ поборовъ пѣдъ Коронеею Атезіляй, король Лякедемонцѣвъ (pass.). 2. Въ борбѣ пѣдъ Тапсомъ слонѣ короля Юбы, котрѣ недавно передтымъ выведено зъ лѣса, сполошились нечаянымъ звукомъ трубъ. 3. Если погордите богацтвами (pass.), будете щасливѣ. 4. Передъ возомъ Павла ведено двоухъ королевичѣвъ 5. Ганібаль пѣславъ горожанамъ три мѣры золотыхъ перстенѣвъ, котрѣ стягнуено зъ рукъ римскихъ сенаторѣвъ. 6. Державы, котрѣ не будутъ рядити ся добрыми законами, не будутъ процвѣтати.

71.

Coniunctivus.

1. Poetae ita dulces sunt, ut non modo legantur, sed etiam ediscantur. 2. Aeneas et Antenor semper Troianis suaserunt, ut Helena Graecis redderetur. 3. Dic, quo anno Persae Themistoclis dolo victi sint. 4. Nisi a militibus tertiae aciei proelium restitutum esset, Galli Romanos fugavissent. 5. Cur somniis credatur, nescio. 6. Gorgiae tantus honor habitus est a Graecis, ut ei statua aurea statueretur. 7. In historia declaratur non solum, quid actum aut dictum sit, sed etiam quo modo. 8. Multi milites effugissent, nisi portae castrorum clausae essent.

1. Пѣснѣ Гомера суть такъ краснѣ, що читають ся зъ найбольшою приѣмностію. 2. Скажѣть менѣ, въ котрѣмъ роцѣ зведено борбу пѣдъ Каннами. 3. Имена многихъ славныхъ мужѣвъ були бы незвѣснѣ, если бы писателѣ не були передали памяти ихъ дѣлъ (pass.). 4. Деметрїя почитали (pass.) Атенцѣ такъ дуже, що ему выставлено триста памятникѣвъ. 5. Всѣ люде гордили бы (pass.) тобою, если бысь не любивъ родичѣвъ. 6. Часто васъ упоминаемо, щобы-сьте другимъ прощали (pass.).

72.

Infinitivus, participium.

1. Laudari, coli, diligi gloriosum est. 2. Saepe parva scintilla neglecta magnum excitavit incendium. 3. Iniuste accusati ab amicis defendi debent. 4. Ab amico in periculo destitutum esse acerbum est. 5. Alexander Magnus ab Apelle pingi optavit. 6. Acti labores iucundi sunt. 7. Bella ab Hannibale gesta multi scriptores memoriae prodiderunt. 8. Sperne voluptates; nocet empta dolore voluptas.

1. Мило есть бути хваленымъ и любенымъ вѣдъ добрыхъ и мудрыхъ мужѣвъ. 2. Рѣля занедбана не выдасть плодѣвъ. 3. Негѣдно есть бути поборенымъ вѣдъ рѣвного противника, далеко негѣднѣйше вѣдъ нерѣвного. 4. Мила есть свѣдомѣсть добре проведеного жита. 5. Бути поборенымъ есть неразъ чesnѣйше, чимъ побѣдити. 6. Геродотъ описавъ вѣины, веденї Греками противъ Персѣвъ.

Конъюгація четверта.

Рѣдъ дѣяльный.

Indicativus.

73.

Praesens, imperfectum, futurum.

1. Ovis hominem carne sua nutrit vestitque lana sua. 2. Lycurgi leges laboribus erudiebant iuventutem. 3. Ver veniet et terram gramine et floribus vestiet. 4. Alii gloriae serviunt, alii pecuniae. 5. Nullam rem Romani tam diligenter custodiebant, quam libros Sibyllinos. 6. Tempus omnes dolores minuet



et leniet. 7. Octavianus non amplius quam septem horas dormiebat. 8. Qui semel falsa dixerit, postea nunquam fidem inveniet. 9. Persae ingratum animum graviter puniebant. 10. Tantum scimus, quantum memoria tenemus.

1. Очима видимо, ушима чуємо. 2. Лелій и Сціпіонъ часто приходили до Катона. 3. Мудрець нѣколи не буде служити своимъ похотямъ. 4. Рѣдко находимо правдиву чесноту. 5. Римляне карали часто мешканцѣвъ цѣлого краю. 6. Терпеливостію всѣ болѣ злагодімо. 7. Римляне образували свои дѣти въ штукахъ и наукахъ. 8. Діотенъ рукою черпавъ воду.

74.

Perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum.

1. Unus dies universae Graeciae libertatem finivit. 2. Aduatuci in altissimo muro, quo urbem muniverant, magna saxa collocaverunt. 3. Nisi nives iter nostrum impediverint, mox ad vos veniemus. 4. Domum nostrum maioribus praesidiis munivimus atque firmavimus. 5. Themistocli omnia, quae et audiverat et viderat, in memoria haerebant. 6. Ego, si omnia expedivero, brevi tempore te videbo. 7. Graeci a Romanis, quos artibus et litteris erudiverant, armis victi sunt. 8. Tum denique vivemus, cum in caelum venerimus. 9. Caesar regem Pharnacem tam facile vicit, ut senatui Romano victoriam tribus verbis nuntiaret: Veni, vidi, vici.

1. Помпей дуже сильними залогами забезпечивъ Сіцілію. 2. Люкуль знавъ все, що видѣвъ и чувъ. 3. Жовнѣрѣ будуть безпечні, если таборъ укрѣплять. 4. Ціцерона учили грецкѣй учитель. 5. Учитель укаравъ тыхъ ученикѣвъ, котрѣ не послушали его приказѣвъ. 6. Коли всѣ орудки покѣнчимо, вѣдамо ся супочинкови. 7. Много теперъ знаєте, чого не знали-сьте передъ кѣлькама лѣтами.

75.

Coniunctivus.

1. Nullus dolor est tam magnus, ut eum longinquitas temporis non leniat. 2. Laelius et Scipio saepe ad Catonem veniebant, ut eius de senectute sermones audirent. 3. Saturnus, ve-

tustus Italiae rex, adeo iustus fuit, ut nemo sub illo serviverit neque rem privatam habuerit. 4. Cato Maior, quid quoque die dixisset, audisset, egisset, commemorabat vesperi. 5. Leges civibus praescribunt, ut magistratibus oboediant eosque colant. 6. Hannibal venenum hausit, ne in potestatem Romanorum veniret. 7. Dic nobis, puer, quot horas dormiveris. 8. Coriolanus agros Romanorum vastavisset, nisi mater et uxor animum eius mollivissent.

1. Нѣкто не есть такъ ученый, чтобы все знавъ. 2. Геркулесъ нѣколи не бувъ бы дѣставъся помѣжь богѣвъ, если-бы чеснотою не бувъ собѣ вымостивъ дороги до нихъ. 3. Якійсь Умидій бувъ такъ брудный, що не одягавъ ся лѣпше, якъ невѣльникъ. 4. Мало знали бы сѣмо, если бы инші не були насъ учили. 5. Поражене було такъ велике, що навѣтъ звѣстунъ не прийшовъ до мѣста. 6. Стережѣть ся, чтобы-сѣте не служили похотямъ.

76.

Imperativus, infinitivus, participium, gerundium.

1. Leonidas, rex Lacedaemoniorum, Xerxi, regi Persarum, qui scripserat: Mitte arma, respondit: Veni et sume. 2. Virgines Vestales in urbe custodiunt ignem sempiternum. 3. Acerba audire tolerabilius est quam videre. 4. Septem horas dormivisse satis est. 5. Nihil contemnit esuriens. 6. Aures habemus ad audiendum, oculos ad videndum. 7. Lex erat apud Romanos: Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urito. 8. Iacet corpus dormientis, ut mortui. 9. Qui tacet, consentire videtur.

1. Голодного льва боять ся все звѣрята. 2. Часомъ лѣпше есть чогось не знати. 3. Справедливый судія заховуе мѣру въ караню. 4. Самому Богу служѣть. 5. Кому-жь не есть мило найти вѣрного пріятеля? 6. Слушайте законѣвъ державы, горожане.

Рѣдъ страдальный.

Indicativus.

77.

Praesens, imperfectum, futurum.

1. Quod multis placet, non facile custoditur. 2. Labore, sudore, cursu, fame cena Lacedaemoniorum condiebatur. 3. Omnia,

vel acerbissima mala aliquando finientur. 4. Oratores cum severitate audiuntur, cum voluptate poëtae. 5. Templum Iani claudebatur in pace, aperiatur in bello. 6. Non semper erudiemini ab eis, a quibus nunc erudimini. 7. Ab oratoribus et excitamur et lenimur et ad tristitiam saepe adducimur. 8. Corpora hominum antiquis temporibus non sepeliebantur, sed cremabantur. 9. Castra Romana cotidie vallo et fossa muniabantur. 10. Preces hominum piorum a Deo audientur.

1. Стравы приправляє ся вѣлякими рѣчами. 2. Тѣла помершихъ у Єгиптянъ бальзамовано. 3. Вѣсь болѣ колись злагождать ся и скѣнчать ся. 4. Умы воєвничихъ народѣвъ лагодять ся штуками супокою. 5. Будьте вдячнї для тыхъ, котрї васъ образували и виховували (pass.). 6. Достаточно будемо стереже нї, если насъ Богъ стеречи буде 7. Нечесныхъ людїй Богъ карає (pass.).

78.

Perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum.

1. Alcibiades Atheniensis a Pericle educatus, a Socrate eruditus est. 2. Xerxes omnes sacerdotes, qui in arce Athenarum ab eo inventi erant, necavit urbemque incendio delevit. 3. Urbs, si firmis muris munita erit, non facile ab hostibus expugnabitur. 4. Leges ad salutem civium inventae sunt. 5. Quamquam multis occupationibus impeditus eram, tamen has ad te litteras scripsi. 6. Mortem amicorum vestrorum sentietis, cum sepulti erunt. 7. Themistoclis ossa clam in Attica ab amicis sepulta sunt. 8. Servius Tullius, qui in regia Tarquinii nutritus educatusque erat, post mortem Tarquinii regnum occupavit. 9. Cibus, nisi sale conditus erit, non erit iucundus.

1. Александра Великого виобразовавъ (pass.) фїлѣозофъ Аристотель. 2. Вѣсь твердинѣ, котрї Помпей бувъ укрѣпивъ (pass.), здобувъ Цезарь нечаянымъ нападомъ. 3. Кто буде ганити, если покарає ся зрадинкѣвъ вѣтчины. 4. Имя твое чули въ найдалшихъ околицяхъ. 5. Замку римского не здобули неприятель, тому що оборонцѣ его почувли (pass.) крикъ гусокъ, присвяченыхъ богини Юонѣ. 6. Якъ вѣйна скѣнчить ся, зацвитуть въ державѣ штуки и науки.

Coniunctivus.

1. Sullae mortuo is honor habitus est, ut in Campo Martio sepeliretur. 2. Nullus unquam dolor tantus fuit, ut non longinquitate temporis mollitus sit. 3. Munivissent Lacedaemonii urbem suam, nisi fortitudine civium satis munita esset. 4. Ne audiantur verba hominum mendacium. 5. Aegyptus tam fertilis non esset, nisi flumine Nilo argi mollirentur. 6. Nisi Scipio plus suo quam senatorum consilio credidisset, secundi Punici belli finis inventus non esset. 7. Quis nostrum non optat, ut hoc bellum finiatur? 8. Audiatur et altera pars.

1. Мѣсто наше нехай буде укрѣплене сильнымъ муромъ. 2. Если бы болѣ не лагодились, були бы-сьте дуже нещасливѣ. 3. Кто зъ васъ скаже, въ котрѣмъ мѣстѣ королѣвъ Перзѣвъ хоронено? 4. Бздцѣ були бы ся спасли, коли бы рѣка не була здержала ихъ утечѣ (pass). 5. Старайте ся родичѣ, щобы дѣти вашѣ пильно образовали ся. 6. Неприятелѣ не були бы здобуди мѣста, если бы горожане були его пильно стерегли (pass.).

Infinitivus, participium.

1. Urbs a militibus custodiri debet. 2. Saepe Cimon minus bene vestito amiculum suum dedit. 3. Quid est iucundius quam erudiri a viro erudito? 4. Urbs Lacedaemoniorum non erat munita muris, sed praesidium quaerebatur in fortissimis civibus. 5. Acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo. 6. Iucundi sunt labores finiti.

1. Мѣста звычайно (solent) укрѣпляютъ мурями. 2. Болесно естъ бути ошуканымъ вѣдѣ приятеля. 3. Много книжокъ написали люде образованѣ. 4. Бути каранымъ не естъ мило. 5. Многѣ стравы звыкли приправляти ся солию. 6. Бранцѣ повиннѣ бути стереженѣ.

Глаголы третьей конъюгаціѣ, окѣнченѣ на іо.**Рѣдъ дѣяльный**

1. Fugiamus superbiam. 2. Magistratus dona neve capiunto neve danto. 3. Minimum eripiet fortuna, cui minimum dedit.

4. Melius est accipere quam facere iniuriam. 5. Quem fructum ex mendaciis percipiunt mendaces? Hunc, ut nemo ipsis credat. 6. Qui proficit in litteris et deficit in moribus, plus deficit quam proficit. 7. Datis fretus numero copiarum suarum conflagrare cupiebat. 8. Fac, quod tibi imperatum est. 9. Mithridates ex regno fugiens magnam copiam pulcherrimarum rerum, quas a maioribus acceperat, Romanis reliquit.

1. Жовнірѣ Антонія спіймали утѣкаючого Цицерона. 2. Судія нехай не приймає даровѣ. 3. Добрій мужѣ нѣколи не будуть дѣлати того, що єсть гидке. 4. Старого лиса не легко спіймаєшь. 5. Скупий завсѣгды бѣльше буде бажати. 6. Мѣсяць одержує свѣтло вѣдѣ сонця. 7. Погромѣ Римлянѣ пѣдѣ Каннами бувѣ такѣ великій що ледви кѣлькохѣ утекло зѣ битвы. 8. Робѣть, що вамѣ приказано.

82.

Рѣдѣ страдальній.

1. Hieme saepe per totos dies sol non conspicitur. 2. Melius est decipi quam decipere. 3. In rebus dubiis optime perspicietur fides amicorum. 4. Victus proelio, nisi fugis, caperis. 5. Teuta, Illyriorum regina, imperavit, ut legati Romanorum interficerentur. 6. In rebus prosperis superbia et arrogantia maxime fugiatur. 7. Hannibal a Scipione victus, ne a Romanis caperetur, ad Antiochum, regem Syriae, fugit. 8. Imperator Galba propter nimiam erga indignos facilitatem a plerisque despiciebatur.

1. Чесноты нѣколи тобѣ не выдруть. 2. Вѣйны пѣдѣймають ся, щоби-сьмо жили безѣ кривды вѣ супокою. 3. Люде часто обманюють ся позоромѣ чесноты. 4. Вѣ нещастю пѣзнає ся найлѣпше вѣрнѣсть приятелѣвѣ. 5. У Римлянѣ стручувано зрадникѣвѣ вѣтчины изѣ скалы тарпейской, убійникѣвѣ батькѣвѣ вкидувано до рѣки. 6. Добрій горожане пѣдѣймутъ ся всякого труда для добра вѣтчины (pass.).

Deponentia.

83.

Конъюгація перша.

1. Nonnullae aves imitantur vocem humanam. 2. Fortuna in omni re dominatur. 3. Helvetii Aeduorum agros populabantur.

4. Semper te hortabor, ut parentes tuos et colas et ames
 5. Nullum regem magis admiratus est Alexander quam Cyrum.
 6. Multi rixantur de lana saepe caprina. 7. Fuit tempus, cum
 in agris homines bestiarum more vagabantur. 8. Discentem et
 opes comitantur et fortuna. 9. Iovi fulmen fabricati sunt Cyclo-
 pes in Aetna. 10. Bias interrogatus, quod animal omnium ma-
 xime noxium esset: Si de feris, inquit, percontaris, tyrannus;
 si de cicuribus, adulator.

1. Метель спустошивъ цѣлу Креты. 2. Сиракузанинъ
 Діонъ любивъ и подивлявъ фільозофа Плятона. 3. Чого сварите
 ся о дробній рѣчи? 4. Нарѣдъ римскій боровъ ся черезъ
 250 лѣтъ зъ сусѣдными народами. 5. Завсѣгды наслѣдувати-
 мемо жите добрыхъ людій. 6. Найлѣпше почитае Бога той,
 хто его наслѣдує. 7. Чоловѣка несправедливого щастє неразъ
 супроводжало и буде супроводжати.

84.

Продовженє.

1. Dionysius tyrannus contionari ex alta turri solebat.
 2. Cum his versare, qui te meliorem faciunt. 3. Ego vos hortari
 non desistam, ut amicitiam omnibus rebus anteponatis. 4. Villam
 Curii contemplantes admiramur eius continentiam. 5. Petreius
 conantibus auxiliari suis dixit: Frustra meae vitae subvenire
 conamini. 6. Senatus Romanus legatum in Africam misit, qui
 actus Hannibalis specularetur.

1. Алькібіядъ такъ наслѣдувавъ обычаѣ Персѣвъ, що его
 всѣ подивляли. 2. Цезарь, упѣмнувши жовнѣрѣвъ, щобы хо-
 робро бороли ся, сточивъ борбу. 3. Справедливый мужъ нѣ-
 коли не буде бояти ся грѣзного взору тирана. 4. Оглядай
 красоту неба, а подивляти-мешь мудрѣсть Бога. 5. Пиргъ, ко-
 роль Епіру, старавъ ся наслѣдувати Александра Великого.
 6. Наслѣдуйте пильнѣсть пчолы, розважаючи часъ будущій.

85.

Конъюгація друга.

1. Deum veremur, qui hunc omnem mundum tuetur. 2. Ari-
 stidis iustitiam et probitatem cives ita verebantur, ut consilii
 eius omnes parerent. 3. Homerus et Vergilius bene de humano
 genere meriti sunt. 4. Discipuli recte instituti praeceptorem et

amabunt et verebuntur. 5. Libenter tibi ignoscam, si vitia tua professus eris. 6. Pompeius suam operam senatui pollicitus est. 7. Catilina glorians maria montesque pollicebatur sociis suis. 8. Plures inventi sunt, qui cum Hectore pugnare cuperent, quam Agamemnon ratus erat.

1. Послы Масинісы обѣщали Римлянамъ 1200 ѣздѣвъ. 2. Лякедемонѣ дуже поважали старѣвъ. 3. Поручайте сынѣвъ вашихъ народѣ, если заслужать. 4. Ціцеронъ любивъ и поважавъ Сцеволю, до которого отецъ его запровадивъ (pass.). 5. Атикъ все боронивъ славы и гѣдности Ціцерона. 6. Бѣльше обѣщюшь, якъ вѣдъ тебе жадаю.

86.

Продовжене

1. Bene de re publi a mereri gloriosum est. 2. Adlaborate, ut eos, qui fidei vestrae committuntur, diligatis et omni ratione tueamini. 3. Augustus filios suos populo non commendasset, nisi meriti essent. 4. Tuentor censores urbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia. 5. Caesar inopiam frumenti veritus constituit non progredi longius. 6. Neminem habuistis, quem vereremini. 7. Ignosce errantibus, miserere pauperum. 8. Achilles Priami miseritus corpus Hectoris ei reddidit, ut a Troianis cremaretur.

1. Почитаймо Бога, котрый стереже сего свѣта. 2. Катиліна не бувъ бы мавъ тѣлько товаришѣвъ, коли-бъ имъ не бувъ обѣщавъ великихъ нагородѣ. 3. Якъ дуже Ціцеронъ заслуживъ ся около державы, вѣтъ достаточно звѣсно. 4. Просимо васъ, щобы-сьте прощали блудячимъ и милосердили ся надъ бѣдными. 5. Борони нашои гѣдности, якъ доси боронивъ-сь. 6. Хлопѣ и молодѣ повиннѣ почитати старѣвъ.

87.

Конъюгація третя.

1. Praeteritum tempus nunquam revertitur. 2. Sine studio et ardore quodam nihil egregium consequeris. 3. Athenienses duabus victoriis, Marathonia et Salaminia, maximam apud omnes gentes gloriam adepti sunt. 4. Plato uno et octogesimo aetatis anno scribens mortuus est. 5. Qui virtutem erit adeptus, semper a nobis diligetur. 6. Non omnes Romano-

rum servi de severitate dominorum querebantur. 7. Imperator ex castris media nocte egressus et contra hostes profectus est. 8. Concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur.

1. Несправедливо нарѣкае бѣльша часть людій на короткѣсть житя людского. 2. Если будете уникати трудѣвъ, нѣколи не достигите правдивои славы. 3. Нѣколи не забули-сьмо и не забудемо свои гѣдности. 4. Земля, на котрѣй родите ся, покрывъ васъ. 5. Многѣ зъ тыхъ жовнѣрѣвъ, котрѣ вѣдправили ся на вѣйну, не повернули до вѣтчины. 6. Богъ завсѣгды бувъ и буде, але люде уродили ся и умруть.

88.

Продовженє.

1. Egredere, Catilina, ex urbe, patent portae, proficiscere. 2. Timoleon oculos amisit, sed nemo eum querentem de hac calamitate audivit. 3. Cohortatus est Caes r Aeduos, ut dissensionum obliviscerentur. 4. Quod sentimus, loquamur; quod loquimur, sentiamus; concordet sermo cum vita. 5. Valet apud nos hominum bene meritorum memoria etiam mortuorum. 6. Zeno adolescentulo, qui multa inepta loquebatur: Idcirco, inquit aures habemus duas et os unum, ut plura audiamus, quam loquamur. 7. Atticus adeo fuit veritatis diligens, ut mendacium neque diceret neque pateretur. 8. Ariovistus naviculam deligatam ad ripam fluminis nactus ea profugit.

1. Евмена помершого крєвнѣй похоронили. 2. Звѣсно, якъ великои славы (асс.) набувъ Сціпіонъ Африканьскій хоробростию. 3. Слухай много, говори мало. 4. Упоминаємо васъ, щобы-сьте не забували на одержанѣ добродѣйства (gen.). 5. Кто не умѣе мовчати, (той) не умѣе говорити. 6. Всѣ бажаємо, щобы-сьмо дожили старости.

89.

Конъюгація четверта.

1. Magnos viros virtute metimur, non fortuna. 2. Frons, oculi, vultus persaepe mentiuntur, oratio vero saepissime. 3. Deus largitur semperque largietur hominibus multa beneficia. 4. In senectute non molieris, quae in iuventute molitus es. 5. Cum sortitus eris bonum amicum, cura, ut eum tibi mutuo amore

devincias. 6. Cato delectationem convivii amicorum sermonibus metiebatur. 7. Iuppiter cum Neptuno et Plutone fratribus imperium mundi partitus est. 8. In rebus adversis fidem amicorum experieris. 9. Novem principes Graecorum inter se sortiti sunt, quis cum Hectore pugnaret. 10. Optimi amici ei erunt, qui gaudia et dolores cum amicis partientur.

1. Добрий горожанинъ мѣрять все пѣсля хѣсна державы, не пѣсля свои користи. 2. Антоній, Октавіянъ и Лепідъ роздѣлили мѣжь себе державу римску. 3. Епаміондъ и Сократъ нѣколи не лгали. 4. Темістокль выславъ до Ксерксеса невѣльника, котрого вѣрности неразъ досвѣдчивъ. 5. Хто разъ неправду сказавъ, нѣколи не знайде вѣры. 6. Въ старости не подпріймемо того, що въ молодости подпрійняли-сьмо.

90.

Продовжене.

1. Experire omnia, sed age prudenter. 2. Ne audiamus blandientia verba malorum. 3. Sol oriens et occidens diem noctemque conficit. 4. Cicero Antonium multa in rem publicam molientem patientia sua mitigavit. 5. Ummidius, homo avarus, magna cum voluptate divitias suas contemplabatur; erat autem tam dives, ut nummos non numeraret, sed mētiretur. 6. Semper utilius est verum dicere quam mentiri. 7. Experiendo discimus. 8. Clitus, si Alexandro blanditus esset, ab eo non esset interfectus.

1. Трѣбуйте всего перше словами, нѣжь оружіємъ. 2. Хтожь зъ наибѣльшою приемностию не буде оглядати схожачого сонця? 3. Тому, що неправду говорить (part.), нѣхто не вѣрять. 4. Дѣльмъ приемности и терпѣня зъ приятелями. 5. Приятель приятелеви не повиненъ подлещуватись. 6. Дѣти нехай такъ будуть виховуваніи, щобы нѣколи не говорили неправды.

Конъюгація описуюча.

91.

Рѣдъ дѣяльный.

1. Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha gessit. 2. Caesar bellum gesturus erat cum Getis. 3. Helvetii frumentum omne, praeter quod secum portaturi

erant, comburunt. 4. Iniuriam qui facturus est, iam facit. 5. Ignoramus, quo die quaque hora anima nostra e corpore migratura sit. 6. Non modo ego, sed ne ipse quidem rex scit, quid futurum sit

1. Если хотите робити кривду, вже єѣ робите. 2. Того дня мали-сьмо писати до Помпонія. 3. Буде намъ дуже мило, если напишете, що завтра будете робити. 4. Послы Скитѣвъ сказали до Александра: если поборешь рѣдъ людскій, захочешь вести вѣйну зъ лѣсами, снѣгами, рѣками и дикими звѣрятами.

92.

Рѣдъ страдальный.

1. Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. 2. Memoria est exercenda. 3. Neglegentia discipulorum vituperanda, laudanda diligentia. 4. Non habitu, sed virtute homines iudicandi sunt. 5. Cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est et mors servituti antepонenda. 6. Mors non modo non timenda est seni, sed etiam optanda. 7. Vitanda est semper omnis avaritiae suspicio. 8. Nemo ante mortem beatus dicendus est.

1. Треба сторожити и працювати. 2. Брехливому не треба вѣрити. 3. Чесноту треба завсѣгды любити и почитати. 4. Гадокъ не повинно ся числити, але важити. 5. Треба вѣдважити ся, вѣдважнимъ (асс.) самъ Богъ допомагає. 6. Смѣшно єсть бояти ся того, чого бояти ся не треба.

Байки, повѣстки, описы.

1.

Viatores et asinus.

Duo viatores forte in itinere errantem viderunt asinum. Hunc cum uterque possidere studeret, diu et acriter secum certabant. Interea asinus ipse fugit.

2.

Lupus et grus.

In faucibus lupi os haeserat. Mercede igitur conducit gruem, ut illud extrahat. Hoc sui colli longitudine grus facile effecit. Sed cum mercedem postularet, ridens lupus: Num tibi, inquit, parva merces videtur, quod caput incolume ex faucibus lupi extraxisti?

3.

Lupus moribundus.

Lupus moribundus vitam suam considerans: Malus quidem fui, inquit, sed non pessimus. Ovem aliquando, quae a grege aberraverat, quamquam facile fuit, non devoravi. Eodem tempore convicia ab ove quadam in me iactata aequo animo toleravi. Atque vulpes: Haec omnia, inquit, vera sunt. Eodem enim tempore os illud devoratum in faucibus tuis haerebat quod postea grus tibi extraxit.

4.

Asinus blandus.

Asinus cum canem blandientem domino videret, ita secum locutus est: Si dominus eiusque tota familia canem propter blanditias adeo diligunt, quid mihi facient, si idem fecero? Itaque

cum dominum appropinquantem videret, prosiluit ambosque pedes in humeros domini coniciens faciem eius lingua lambit. Aegre dominus cum servis, qui accurrerant, tandem eum reiecit et multis verberibus repulit.

5.

Lupus et capra.

Lupus cum forte capram in alta rupe ambulantiem conspexisset, monuit eam, ut potius in viride pratum descenderet. Cui illa respondit: Non tam stulta sum, ut dulcia praeponam salutaribus.

6.

Lupus et pastores.

Pastores ovem mactaverant et convivium celebrabant. Quod cum lupus videret: Quantus, inquit, tumultus esset, si ego agnum sumerem! At isti impune ovem consumunt. Tum unus ex pastoribus: Nos enim, inquit, nostram ovem consumimus, non alienam.

7.

Duae perae.

Iuppiter nobis duas peras dedit: alteram, quae nostris vitiis repleta est, post tergum habemus; alteram, in qua aliorum vitia sunt, ante pectus. Ita raro videmus, quae ipsi peccamus; si autem alii peccant, statim severi censores sumus.

8.

Mulier et gallina.

Mulier quaedam gallinam habebat cotidie unum ovum parientem. Cum autem mulier uno ovo non iam contenta esset, sed plura cuperet, gallinae largiorem cibum praebebat. Tum haec pinguior facta est et ova parere omnino desiit.

9.

Asinus cum pelle leonis.

Asinus fugitivus reperit forte in silva pellem leonis, qua indutus terreat homines et bestias, quasi leo esset. Rustici in vicos suos fugiunt; lupi, ursi, cervi, boves, equi, oves, omnes

bestiae fuga salutem quaerunt. Venit tandem dominus, asinum suum quaerens. Tum asinus horrendum in modum rudere coepit, ut dominum quoque falleret. Sed ille cum asini aures vidisset, quae exstabant: Ceteros, inquit, fallas, me non falles; nosco te, asine.

10.

Luscinia et acanthis.

Luscinia et acanthis ante fenestram in caveis inclusae pendebant. Luscinia cantum iucundissimum incipit. Pater interrogat filium, utra avis tam suaviter canat, et ostendit ei utramque. Filius statim respondit: Sine dubio haec acanthis est, quae sonos illos suavissimos edit, pennas enim habet pulcherrimas. — Fabula eos notat, qui homines ex vestibus et forma aestimant.

11.

Tres boves.

In eodem prato pascebantur tres boves in maxima concordia. Itaque ab omni ferarum incursione tuti erant, ac ne leonem quidem timebant. Sed cum discidium inter eos ortum esset, singuli a feris dilaniati sunt.

12.

Lupus et pastores.

Puer, custos ovium, auxilium rusticorum implorabat, quod lupus adesset. Rustici statim ad puerum properabant, sed nullus lupus apparebat; puer rusticos frustratus erat. Post paucos dies lupus re vera in greges invasit. Tum puer rursus rusticorum auxilium implorabat cum magno metu et multis lacrimis. Hi autem, antea illusi a puero, preces eius neglexerunt. Ita lupus laceravit gregem et ipsum puerum.

13.

Gallus et vulpes.

In tecto stabuli gallus sedebat cum gallinis, cum vulpes apparuit et dixit: Laetissimam rem vobis nuntio: Quae inimicitiae inter animalia erant, hae omnes extinctae sunt. Ambulant cum leonibus cervi, cum lupis oves, cum felibus mures. Proinde descendite, ut etiam nos amicitiam iungamus. Tum gallus: Bene

mones, inquit, et canis, qui forte accurrit, testis esto iunctae amicitiae. Vulpes autem exterrita: Fortasse, inquit, canibus pax iuncta nondum nuntiata est. Valete!

14.

Midas.

Midas erat rex Phrygiae. Ei quondam Bacchus dixit: Quid optas? praestabo omnia. Tum ille respondit: Effice, ut omnia, quae tetigero, in aurum mutantur. Adnuit Deus. Midas decerpsit ramum, subito ramus erat aureus; cepit lapidem, lapis erat aureus; tetigit postes regiae, postes erant aurei; exsultabat rex. Interim ministri apportant cibos pulchros; rex laetus considit, sed eheu! omnes cibi, quos tangit, mutantur in aurum. Tum stultitiam suam intellexit, nam famem non explevit et fame expiravisset, nisi Bacchus eum illa facultate rursus liberavisset.

15.

Omnia mea mecum porto.

Biantis, sapientis illius, patriam ceperat hostis. Itaque ceteri, qui fugiebant, multa de suis rebus asportabant; at ille admonitus, ut idem faceret, respondit: Ego vero facio; nam omnia mea mecum porto.

16.

Ne musca quidem.

Domitianus, imperator Romanorum, cotidie in cubiculo aliquot horas in otio agere, muscas captare captatasque stilo acuto configere solebat. Itaque cuidam interroganti, essetne aliquis intus cum Caesare, Vibius Crispo, homo nobilissimus, salse respondit: Ne musca quidem!

17.

Sumptuosus.

Diogenes philosophus ubique secum habebat poculum lignum, quo aquam sibi e fonte hauriret. Sed aliquando puerum vidit aquam haurientem manibus; tum poculum ilico ad terram misit et: Quam sumptuosus, inquit, fui!

**Quae fuerint apud Lacedaemonios ciborum
condimenta.**

Dionysius tyrannus aliquando apud Lacedaemonios cenaverat. Post cenam, quae fuit modica, interrogavit eum unus e Lacedaemoniis, num iure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatus esset. Minime, respondit Dionysius. Tum ille: Non mirum, condimentis enim carebas. Quibus tandem? inquit Dionysius. Labore in venatu, sudore, cursu ad Eurotam, fame, siti; his enim rebus Lacedaemoniorum cenae condiuntur.

Furius Cretinus.

Furius Cretinus, civis Romanus, ex admodum parvo agello multo largiores fructus habuit, quam ex amplissimis vicini; qua re magnam sibi eorum concitavit invidiam. Accusatus igitur ab iis est, ac si tantam frugum copiam sibi comparavisset veneficiis, et in ius vocatus. Eo — damnationem enim metuebat — omnem familiam suam bene curatam et vestitam secum in forum adduxit, omnia praeterea instrumenta rustica, ferramenta egregia, graves ligones, vomeres ponderosos, boves denique saturos. Tum ostendit ea et: Haec, inquit, Quirites, sunt veneficia mea; neque vobis ostendere valeo aut in forum adducere reliqua: lucubrationes, vigiliis, sudores. Itaque omnium sententiis absolutus est.

Nitocris, Babyloniorum regina.

Nitocris Babyloniorum regina, in loco edito et conspicuo sepulcrum sibi extruxerat et in eo haec verba inscripserat: Si quis regum, qui post me imperium obtinebunt, pecuniae indigerit, aperiat sepulcrum etumat, quantum libuerit; ne tamen aperiat, nisi inopia fuerit; non enim proderit aperuisse. Hoc sepulcrum diu inviolatum fuit, donec regnum pervenit ad Darium, Hystaspis filium, qui monumentum aperire non dubitavit. Verum pecunias, quas speraverat ille, non reperit, sed cadaver et hanc inscriptionem: Nisi homo avarus esses teque insatiabilis pecuniae cupiditas teneret, mortuorum sepulcra non violasses.

21.

De antiquis Romanis.

Antiquioribus temporibus Romani et in pace et in bello bonos mores colebant; ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat; concordia maxima, minima avaritia erat. Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant, cives cum civibus de virtute certabant; in suppliciis deorum magnifici, in victu parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibus, audacia in bello, aequitate in pace, se et rem publicam curabant. Iuventus in castris usu militiam discebat, magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in nugis atque conviviis libidinem habebat. Talibus igitur viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus; virtute omnia domabant.

22.

S o l.

Sol, cuius magnitudo incredibilis est, globus est igneus, qui cum surgit, tenebras noctis pellit et omnia luce sua collustrat. Sol minuit frigus, calefacit terram universam et efficit, ut omnia vigeant. Est igitur fons luminis et caloris. Sol, quia modo propius, modo longius a terra abest, quattuor anni tempora efficit: ver, aestatem, autumnum, hiemem. Sol circa axem rotatur suum, planetae autem omnes circa axem suum et circa solem. Cum luna inter solem terramque ita interponitur, ut solem obtegat, tum defectio solis contingit.

23.

L u n a.

Luna, uti terra, est corpus opacum, quod lumen suum a sole accipit. Nocte splendet et lumine suo stellas obscurat, sed nullum calorem efficit. Saepe etiam interdiu cernitur; tum autem propter solis candorem pallida est. Varias illa mutationes lucis habet; modo enim nova luna est, modo crescens, modo decrescens. Nova luna nullam lucem habet, cum sol aversam a terra partem collustret; sed post diem quartum decimum eo pervenit, ubi tota pars, a sole illuminata, in terrae conspectu est, idque plenilunium appellatur.

Mundus eiusque partes.

Universus mundus in duas partes distribuitur, caelum et terram. In caelo solem, lunam, stellas conspicimus. Terra montes habet cum silvis et herbis, saxis et metallis; valles cum pratis, floribus atque graminibus; campos cum agris et frugibus, hortis et oleribus; maria et lacus, flumina et rivos, animalia et homines. Nubes pendent in aëre. Aves volant sub nubibus. Quadrupes currunt et ambulant. Pisces natant in aqua. Vermes repunt in terra. Homines possident universam terram.

I t a l i a.

Italia est paeninsula inter duo maria, superum et inferum, sita. Magna est Italiae longitudo, latitudo in singulis partibus varia. Fluvii praecipui ibi sunt Padus et Tiberis, mons praecipuus Appenninus. Mira est in Italia caeli salubritas. Fertiles ibi sunt campi, aprici colles, opaca nemora, magna frugum et vitium olearumque fertilitas, amnium fontiumque ubertas; tot praeterea lacus, tot opportuni et celebres portus, tanta denique nobilitas omnium locorum, tanta rerum singularum populorumque claritas. Ex singulis Italiae plagis amoena praecipue est Campania, ex urbibus nobilis imprimis Roma, olim caput terrarum.

De metallis.

Metalla e montibus effodiuntur. Ea sunt vel nobilia vel ignobilia. Nobilia sunt aurum et argentum; ignobilia ferrum, cuprum, stannum, plumbum, argentum vivum. Aurum, quod est omnium gravissimum et nobilissimum, non tantum effoditur, sed reperitur etiam in quibusdam fluminibus. Ex auro et argento faciunt artifices nummos et varia ornamenta. Ferrum, ex quo et optima et pessima instrumenta cuduntur, in omnibus fere terris reperitur. Chalybs durissimum ferri genus est. Ex cupro et stanno varia vasa conficiuntur. Plumbum metallorum mollissimum est. Argento vivo omnia metalla innatant praeter aurum.

27.

Elephantus.

Elephantus, terrestrium animalium maximus ac prudentissimus, in Asia atque Africa reperitur et facile mansuescit. Adultus ad quindecim pedes altus est. Crasso in capite oculos habet minutos, aures magnas et in utraque oris parte quattuor dentes, quibus cibos mandit. Praeterea ex ore eius duo alii dentes horrendae magnitudinis, eboris nomine noti, prominent, quorum unus interdum pondus habet librarum centum et quinquaginta. Hos inter dentes proboscis exstat longissima maximeque flexilis, qua spirat, aquam haurit, pabulum arripit orique inserit; qua, ut manu, ad multa utitur ministeria; qua denique pugnat et hostem prosternit, quem deinde pedibus conterit.

28.

L e o.

Leo, qui rex quadrupedum appellatur, in Asia et Africa reperitur. Circum caput et pectus longam habet iubam, qua leaena caret. Cauda longa et crassa est tam robusta, ut hominem ea prosternat. Iratus eam agitat ferociter. Incessus eius est superbus, vox horribilis, impetus violentus ac furens. Feras, quas persequitur, saltuprehendit, tumque robustis dentibus facile ossa confringit eaque una cum carne dovorat. Hominem non invadit, nisi fame coactus.

29.

T i g r i s.

Tigris, bellua omnium crudelissima, non nascitur nisi in calidissimis Asiae regionibus. Forma feli similis est, magnitudine asinum fere aequat. Pellem habet pulcherrime virgatam, quae magni aestimatur. Velocitas eius paene est incredibilis. Omnium animalium sanguinem sitit ideoque sine discrimine et homines et bestias adoritur. Rarissime mansuescit.



Списъ слѣвъ.

1.

Числа по глаголахъ означаютъ конъюгацію.

Ambūlo 1. прохожду ся
āmo 1. люблю
canto 1. спѣваю
delecto 1. розвеселяю
labōro 1. працію
laudo 1. хвалю
narro 1. оповѣдаю
navīgo 1. плыву

orno 1. украшаю
ōro 1. молю ся
porto 1. несу
propĕro 1. спѣшу
vitupĕro 1. ганю.

et и, а
sed але.

2.

Agricōla, ае рѣльникъ
amicitia, ае приязнь
aqua, ае вода
audacia, ае вѣдвага
corōna, ае вѣнецъ
fabūla, ае байка, казка
femīna, ае женщина
filia, ае дочка
gloria, ае слава
industria, ае трудолюбивѣсть
luna, ае мѣсяць
modestia, ае чемнѣсть
nauta, ае морякъ
patria, ае вѣтчина

poĕta, ае поетъ
terra, ае земля
umbra, ае тѣнь
victoria, ае побѣда
vita, ае житѣ.

āro 1. орю
illustro 1. освѣчую
obscūro 1. затемнюю
pāro 1. готовлю, еднаю
servo 1. спасаю, бережу
sōno 1. шумю.

interdum деколи.

3.

Advĕna, ае пришелець
aquīla, ае орелъ
ara, ае вѣтарь, жертovníкъ
bestia, ае звѣря
dea, ае богиня
diligentia, ае пильнѣсть

incōla, ае мешканецъ, житель
laetitia, ае радѣсть
puella, ае дѣвчина
regīna, ае королева
rosa, ае рожа
sagitta, ае стрѣла

silva, ае лѣсъ
 statua, ае статуя
 stella, ае звѣзда
 via, ае дорога
 viola, ае фіялка

delecto 1. бавлю, розвеселяю

Athēnae, ārum Атены, мѣсто
 въ Греціи
